



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorvm

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

50. De Prophetiis, figuris, & Scripturis circa incarnationem Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50980)

ex eodem genere, grandior erat, tanquam si ista multa multoque clarius claresceret, totumque occuparet magnitudine non illud illa erat, sed aliud valde ab ipsis. Qui nouit veritatem, nouit eam: & qui nouit eam, nouit aeternitatem: charitas nouit eam. O aeterna veritas, & vera charitas, & chara aeternitas: tu es Deus meus, tibi suspiro die ac nocte. Ecce iste est ultimus gradus contemplationis in hac peregrinatione, donec ascendamus ad essentialem Dei visionem, sed caueat hic bestia id est homo impurus, ne tangat montem hunc, neque adhuc appropiet, nam bestia qua*t*igerit montem, lapidabitur. Et iste tertius gradus contemplandi vitam Domini, est eorum, qui iam sunt exercitati & appropinquant perfectioni.

D E F I G V R I S, P R O P H E T I I S, E T
Scripturis circa Christi Incarnationem.

CAPVT L.

Circa opus nostrae redēptionis versatur materia totius Scripturæ: & omnia in Scriptura contenta ad illud referuntur. Ipsum futurum Testamentum vetus pronunciat. Illud iam factum nouum clarissimū demonstrat. Cogita igitur quād multa in figuris, gestis, factis, oraculis, apparitionibus, per reges, prophetas, sacerdotes, ipsum opus pr̄cesserunt. & ex hoc intellige magnitudinem eius quod erigit gratitudinem. Traeta apud te vehemens desiderium Patrum præcedētum. Mirare tuam & multorum circa hoc opus tepiditatem, & ingratitudinem.

m

DE